



Universitätsbibliothek Paderborn

**Symbola Trinitatis, Id Est Trinitatis diversarum rerum, ex
Veteris ac Novi Testamenti Scripturis, Historijs &
exemplis; nec non congruentioribus rerum naturalium
similitudinibus conscripta ...**

Duplan, Theodore

Ruraemundae, 1663

5. B. Virgo triennis praesentatur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12221

SYMBOLUM 5.

Beata virgo triennis in templo præsentatur.

Virgo tenella petit Solymi subsellia templi,
Facta puellari dux imitanda choro.

Sistitur æterni lectissima Filia Patris,

Carnequè velando Numine digna parens.

Sistitur in templo fœtum jam Pneumate templum:

Prima placet trino (r) victima trima Deo.

(z) Ex Gen. 15. supra, in subdivisione primâ, victimastimas, juxta S. Aug. esse symbola Trinit. diximus.

SYMBOLUM 6.

Virgini ante, in, post partum, tria annuntiantur simul: Concipientes, parientes, vocabis, nomen J E S U S.

Ante Dei partum, sub partu, post quoquè partum
Es virgo, ac salvâ virginitate paris.

Quem Genitor numquam genitus, sine tempore gignit,

Quem sine Matre Pater, tu sine Patre paris.

Quem Triadis gignis virtute vocabis (a) J-E-S-U-M,
Auspicio Triadis nomen & omen habet.

(a) Vide quæ de nomine Iesu dicta sunt supra, in subdivisione primâ Symbolo 46. Concipientis Virgo, parientis Virgo, Virgo perpetua. Talem fecit illam, qui factus est ex illâ. S. Aug. de temp. Serm. 15.

SYMBOLUM 7.

Tria mira in partu Divæ Virginis.

Ecquis in immenso videat magis orbe stupendum?
Absque dolore, uteri pondere, Virgo parit.

Virgo,